nostram iniunctum est. Vtitaq; hoc nostrum propositum tandem aliquē optatum euentum sortiatur, Mandamus Sincis Fid. vrīs, vt absq; vlla mora et cunctatione, domos et areas in decreto nostro specificatas ex potestate Iudaica in possōm suam recipiant, recuperatasque Patribus eiusdem Societatis Jesu, quibus eas speciali diplomate nostro contulimus (quemadmodum id iam antea priuatis tractatibus manu stipulata Fid. vrīs promiserunt) dimittant atq; resignent, qui etiam incompensam Pcii et structuris vrīs Fid. vrīs amice agent et faciles sese prębebunt. Curentq; omnino vt quamprimum Patres in possōm earundem bonorum, arearum et Sinagogę per nos confiscatę, eidemq; concessę veniant atq; cultum diuinum ibidem inchoent. Pro gratia et sub graui animaduersione nostra secus ne fecerint.

Donatio Juris caduci

Sigismundus ꝛc Significamus ꝛc

QVod cum nobis esset relatum, decessisse non ita pridem hic Cracouię quendam N Jeżierskij dictum, nullis successoribus legitimis relictis, cuius bona iure caduco ad nos fiscumq; nostrum deuoluta sunt, habentes rōnem meritorum Venerabilis Pauli Scerbicz Canonici Varsauien Secretarij nostri, eidem omnia bona eiusdem N Jeżierskij dari donari esse duximus, prout iam exnunc damus donamus, Concedendo eidem Paulo Scerbicz plenam potestatem et facultatem eadem bona praedicti N Jeżierskij vbicunq; locorum reperta fuerint, à quibusuis eorum detentoribus iure petendi, tollendi, et in vsus suos conuertendi. In cuius rei ꝛc

Mandatum ad Conss Marieburgēn

Sigismundus ꝛc Significamus ꝛc

Famatis Proconsuli et Conss Ciuitatis nostrę Marię:burgen Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti Dederamus antea literas mandatorum nostrorum ad Fid. vrāl, vt de prouentibus ciuitatis Comunitati rationem reddant. Cui quidem Voluntati nostrę satisfactum et ne responsum quidem Comunitati ad eorum petita et nostra mandata datum, Sicuti non esse non possumus nisi grauiter ferre. Cum autem ex nouo nobis Com:

mucitatis nomine oblato supplici libello intellexissemus electionem ab annis aliquot in illa Civitate neglectam esse. Ideo Fid. vrs Seriò Mandamus, vt et suori nostro mandato, et rationibus reddendis omnino Satisfaciant, Et electionem tam Consulum, quam aliorum officiatium, quod ad conseruandum bonum in Civitate ordinem praecipue spectat, quamprimum cellebrent, neque vllam amplius eidem conquerendi Communitati praebeant occasionem. Pro gratia nostra, officiique et subiectionis suae debito secus ne fecerint.

Mandatum ad Aduocatum et Scabin Crac.

Sigismundus etc.

Famatis Aduocato et Scabinis Civitatis nostrae Crac. Fid. nobis dil. gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti. Intercedit causa et actio certa Religioso Adamo Sulik olim Famati Andr. Sulik Civis Crac. filio ordinis Praedicatorum professo cum Honesta Isabella Famati Augustini Halicz Civis Crac. eiusdem Adami Sulik tutoris consorte, ratione impugnatae possessionis in bona eiusdem Augustini Halicz, superque idem pupillus processum certum ex decreto nostro perductum habet. Cum itaque sit causa pupillaris, et personam professionis mendicantium, tum et executionem rei iudicatae ex decreto nostro obtentae concernat. Mandamus Fid. vrs, vt posteaquam idem Adamus Sulik vel eius Plenipotens praefatam Isabellam rone praemissorum in ius vocauerit, eidem iustitiam indilatam iure hospitium administrent. Pro gratia nostra officiique suorum debito

Aliud ad eosdem.

Sigismundus etc.

Honoratis Aduocato Prouinciali et Scabinis iuris Supremi Mariaeburgen. Castri Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Honorati Fideles nobis dilecti Intercedit causa et actio iuridica Religioso Adamo Sulik Famati olim Andr. Sulik Civis Crac. filio ordinis Praedicatorum professo coram Iudicio Civili Crac. cum Honesta Isabella Famati Augustini Halicz Civis Crac. eiusdem Adami Sulik tutoris consorte occasione impugnatae possessionis in bona eiusdem Augustini Halicz